

nella & mollia sunt, at aquâ exempta durantur, ut coralium, succinum. Sed fallitur, & autoritate veterum decipitur. Generosus enim Dominus, Johannes Baptista de Nicolle, Eques Marsiliensis, & Regius piscationis coraliorū, in regno Thunetano, Præfectus, certo mihi confirmavit: quod cum anno M. D. LXXXV, mense Julio, in mari Bizerino, regni illius Thunetani, piscationē instituisset: cupiditate naturæ coraliorum investigandæ inductus, juvenem, funibus sufficienter longis, alligatum, & pondere viginti quinque librarum, in utraque manu, ad descensum tutiorem & commodiorem, libratum, in mare istud, centum perticas profundum, demiserit; ipsiq; in mādatis dederit; coralium evelleret, & inter evellendum, curiosè attenteq; observaret; an nolle, durum v̄ esset. Qui, ubi rursus adscendisset; utrāq; manus corallii ramum attulerit, constanterq; adseruerit: illud non minùs sub mari; quam super illud, durum esse; & se, cuin ad octo perticas, aut circiter, prope fundū maris, adputisset, magnam ibi frigoris vim sensisse. Imò, quod ipse met etiam, cum relationi istius fidem adeò non haberet, in mare, cum retia, quibus coralia piscari solent, extrahenda esent, antequam in ipsum aerem efferrentur,
ad pro-